



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

Agobardus <Lugdunensis>

Parisiis, 1666

Ad Karolvm Magnvm Imperatorem. Epist. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14657



EPISTOLÆ
LEIDRADI
ARCHIEPISCOPI
LVGDVNENSIS.

*AD KAROLVM MAGNVM
Imperatorem.*

E P I S T . I.

V M M O Karolo Imperatori Leidradus Episcopus Lugdunensis salutem. Domine noster, constans & facer Imperator, supplico clementiæ celitudoñis vestræ, ut hanc brevem suggestiunculam meam vultu serenissimo audiatis: quatinus quæ h̄ic inserta sunt, piissimæ prudentiæ vestræ nota fieri queant, & intentio meæ postulationis ab ingenua clementia vestra remissatur. Olim me exiguisssimum famulorum vestrorum ad regimen Ecclesiæ Lugdunensis destinare voluistis, cùm ego huic officio impar existerem, & indignus. Sed vos, qui non at-

126 LEIDRADI ARCHIEPISCOPI
tenditis hominum merita , sed vestram solitam
clementiam , egistis de me sicut ineffabili pietati
vestræ placuit , nullo existente merito meo ;
mēque admonere dignati estis , ut ego sollicitudinis
curam gererem , & ut negligentia , quæ in
prædicta Ecclesia perpetratae noscebantur,
emendantur , & perpetrandæ vitarentur. Erat
enim dicta Ecclesia multis in rebus destituta in-
teriorū exteriūsque , tam in officiis , quām in æ-
dificiis , & ceteris ecclesiasticis ministeriis. Ego
humillimus servulus vester , postquam ibidem
perveni , quæ cum Dei adjutorio & vestro per-
egi audite. Quoniam , ut inspector conscientiarum
Dominus omnipotens mihi testis est , non
tali intentione ea vobis patefacio quæ dictu-
rus sum , ut propterea in rebus augeri merear;
neque aliud tale in cogitatione mea composui;
ut acquisitionis mihi occasio sit , nec suggero;
quoniam quotidie exitum à rebus humanis sus-
picor , propter infirmitatem meam , & incessanter
de morte suspectus sum. Et ideo hæc sugge-
ro , ut cùm benignissimis auribus vestris præ-
sentata fuerint , & clementer inspecta , si qua
bene & secundūm voluntatem vestram gessi ,
post meum discessum non deficiant , aut pe-
reant. Denique postquam secundūm jussionem
vestram , sæpedictam Ecclesiam suscepi , juxta
vires parvitatis meæ omni industria egi , ut
Clericos officiales potuisse sicut jam Deo fa-
vente ex magna parte mihi habere videor.
Et ideo officio vestræ pietatis placuit ut
ad petitionem meam mihi concederetis redditus
qui ab antiquo fuerant de Lucdunensi Ec-
clesia : per quam , Deo juvante , & mercede ve-

stra annuente, in Lucdunensi Ecclesia est ordo psallendi instauratus, ut juxta vires nostras secundum ritum sacri Palatij omni ex parte agi videatur quicquid ad divinum persolvendum officium ordo exposcit. Nam habeo scholas Cantorum; ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut alios etiam erudire possint. Præter hæc verò habeo scholas Lectorum, non solum qui officiorum lectionibus exercentur, sed etiam in diuinorum librorum meditatione spiritualis intelligentiæ fructus consequantur; ex quibus nonnulli de Libro Evangeliorum sensum spiritalem eam ex parte adipisci possunt. Plerique verò librum Prophetarum secundum spiritalem intelligentiam adepti sunt. Similiter libros Salomonis, vel libros Psalmorum, atque etiam Iob. In libris quoque conscribendis, in eadem Ecclesia, in quantum potui, elaboravi. Similiter vestimenta sacerdotum vel ministeria procuraui. De restauratione etiam Ecclesiarum, in quantum valui, non cessavi; ita ut ejusdem civitatis maximam Ecclesiam, quæ est in honorem sancti Iohannis Baptistæ, à novo operuerim, & macerias ex parte erexerim. Similiter Ecclesiæ sancti Stephani tegumentum de novo instauravi. Ecclesiam quoque sancti Nicetij de novo etiam reædificavi. Similiter Ecclesiam sanctæ Mariæ. Præter monasteriorum restaurations, domus quoque episcopales, inter quas unam restauravi, quæ jam penè destructa erat, quam operui. Aliam quoque domum cum solario ædificavi, & duplicavi; & hanc propter vos paravi, ut si in illis partibus vester esset adventus, in ea suscipi possetis. Claustrum quo-

que Clericorum construxi , in quo omnes
nunc sub uno conclavi manere noscuntur.
In eadem civitate alias restauravi Ecclesias:
unam quidem in honorem sanctæ Eulaliae , ubi
fuit monasterium puerarum , in honorem san-
cti Georgij , quam de novo operui , & ex parte
macerias ejus à fundamentis erexit. Alia quo-
que domus in honorem sancti Pauli de novo
operta est. Monasterium quoque puerarum in
honorem sancti Petri dedicatum ; ubi corpus
sancti Annemundi martyris humatum est , quod
ipse sanctus martyr & Episcopus instituit , ego
à fundamentis tam Ecclesiam quam domum re-
stauravi , ubi nunc sanctimoniales numero tri-
ginta duæ , secundum institutionem regularem
viventes , habitare videntur. Et monasterium
regale Insulæ Barbaræ , [situm in medio Ara-
ris fluvij , quod antiquitus est dedicatum in ho-
norem sancti Andreæ Apostoli , & omnium A-
postolorum , nunc autem in honorem sancti
Martini recens videtur esse fundatum iussu
Domni Karoli Imperatoris , qui ibidem præfe-
cit Dominum Benedictum Abbatem , cum quo
simul direxit ibi suos codices] ita restauravi ,
ut tecta de novo fuerint , & aliqua de maceris
à fundamentis erecta ; ubi nunc monachi secun-
dum regularem disciplinam numero nonaginta
habitare videntur. Cui etiam Abbatii tradidi-
mus potestatem ligandi & solvendi uti habue-
runt prædecessores sui , scilicet Ambrosius , Ma-
ximinus , Licinius , clarissimi viri , qui ipsum lo-
cum rexerunt : quos Eucherius , Lopus , atque
Genesius , ceterique Episcopi Lucdunenses , ubi
ipsi deerant , aut non poterant adesse , mittebant

cog-

Vide Notas.

I
mnes
ntur
efias:
, ubi
san-
parte
quo-
novo
m in
orpus
quod
, ego
in re-
o tri-
arem
trium
Ara-
a ho-
n A-
anci
jussu
æfe-
i quo
ravi,
eriis
cun-
jinta
didi-
bue-
Ma-
lo-
que
ubi
oant
cog-

L V G D V N E N S I S E P I S T O L A E . 129
cognituros utrum catholica fides recte cre-
deretur , ne fraus heretica pullularet . Quibus
illis in tantum erat commissa cura , ut si Ecclesia
Lucdunensis viduaretur proprio patrono , ipsi in
cunctis adessent rectores , & consolatores , quo-
usque Ecclesia a Domino dignissimo illustrare-
tur pastore . Nos similiter posteris illorum hanc
potestatem tradidimus . Insuper jussimus fieri
decreta priscorum Regum Franciae , ut quem-
admodum ipsi statuerunt monumenta emendi
& augendi locum in omnibus rebus , quas ad
præsens habere videntur , vel in futuro , Deo
auxiliante , acquirere poterunt , sine ulla queri-
monia per secula possideant .

A D S O R O R E M .

E P I S T . I I .

C A R I S S I M A E ac suspicentissimæ in Chri-
sto sanctæ sorori Leidradus licet indignus
Lucdunensis Ecclesiæ Episcopus in Domino Ie-
su Christo sempiternam salutem . Cognoscere
dignetur prudentia almitatis tuæ nos juxta do-
num donantis Dei viribus corporis aliquantif-
per prævalere ; & secundum quod , si incerta
salus propter suspectos casus vitæ hujus habet ,
de salute nostra gratias Deo debere . Deinde se-
cundum vires animi memores nos esse in ora-
tionibus nostris pro salute vestra temporali &
æterna . Vos quoque , si bene valetis , & in ora-
tionibus vestris , juxta quod de vobis confidi-
mus , memores nostri estis , immensas Deo re-

Tom. II.

I